

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancto Pastore clxxi

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

tias ago. Inciditur dicimus: et ait. Decim^o numerus est in preceptis. et iora prima littera est nois ihesu christi. **T**unc quidam de astantibus dixerunt. O dilectissime quondam noster: profiteri tamen coram consule ut vivere valeas. Licet enim abscise sunt manus tue. sunt tamen peritissimi medici qui tuis doloribus valeant subuenire. Quibus iacobus dixit. Absit a me huiusmodi nephanda simulatio. Nemo enim mitens manus suas ad aratrum. et respiciens retro. aptus est regno dei. Tunc indignati carnifices accesserunt. et pollicem pedis dextere absciderunt. Et iacobus dixit. Pro christi perforatus est et sanguis exiit. Absciditur secundus pedis digitus. et ait. Magna mercedi dies hec est pro omnibus diebus. hodie quippe ad deum forte peruersus ibo. Absciderunt et tertium et ante ipsum proiecerunt. Et subridens iacobus dixit. Uade tercio digite ad socios tuos. et que admodum granum tritici multum fructum affert. ita et tu in nouissimis diebus cum sociis tuis requiesces. Abscidit quartum. et ait. Quare tristis es anima mea. et quare turbas me. Spero in deo quoniam adhuc profitebor illi salutare vultus mei: et deus meus. Absciditur quintus. et ait. Nunc incipiam dicere ad dominum quoniam dignum me fecit socium seruis suis. Tunc accedentes ad pedem sinistri digiti paruum absciderunt. Et dixit iacobus. Digite parue confortare: quoniam magnus et paruus unam habent resurrectionem. Capillus capitis non prohibet. quoniam omnia a sociis tuis minime separaberis. Abscidit secundus. Et iacobus ait. Destruite veterem domum: quoniam splendidior paraf. Absciditur tertius. et ait iacobus. Tons omni firmatur incus. Abscidit et quartum. et ait. Conforta me deus veritatis. quoniam in te confidit anima mea. et in umbra alarum tuarum sperabo. donec transierit iniquitas. Absciditur et quintus. et ait iacobus. Ecce me tibi domine immolo vices. Tunc accedentes pedem dextrum absciderunt. Et dixit iacobus. Nunc offeram munus celesti regi: pro cuius amore hec parati. Absciderunt et pedem sinistrum. Et beatus iacobus dixit. Tu es qui facis mirabilia. exaudi me domine et salua me. Absciderunt dextram manum. et ait. Misere tue domine adiuuent me. Ad sinistram ait. Tu es deus qui facis mirabilia. Absciderunt dextrum brachium. et ait. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo quod diu fuero. Absciderunt et brachium sinistrum. et ait. Circumdederunt me dolores mortis. et in nocte domini vindicabo in eis. Tunc accedentes absciderunt suram dextri cruris scandentes usque ad femur. Tunc beatus iacobus ineffabili dolore grauatus exclamans ait. Domine ihesu christe adiuua me: quoniam circumdederunt

me gemitus mortis. Et ait carnificibus. Carne nonna me dominus inducit: quam vestra vulnera maculare nequebunt. Jam carnifices defecerant. eo quod a prima hora dici usque ad nonam in eius inclinatione succubissent. Tunc iterum accedentes sinistri cruris suram abscidendo usque ad femur extraxerunt. Tunc exilans beatus iacobus dixit. Domine exaudi me semiuivum. viuiorum et mortuorum dominus. Digitos domine non habeo ut ipsos ad te porrigam. nec manus ut eas ad te extendam. Pedes mei truci sunt. et genua mea demorata: ut tibi genua flexere non valeas. et sum velut casura domus ablata quibus sustentatur columnis. Exaudi me domine ihesu christe. et educe de carcere animam meam. Hec cum dixisset: vnus de carnificibus accessit. et caput eius amputauit. Chastus autem igitur occulte accesserunt et corpus eius rapientes. honorifice sepelierunt. Passus est autem. v. kalendas decembris.

De sancto Pastore clxxi. A



Pastor: in heremo multis annis in abstinentia magna se affligens. multa sanctitate et religione pollebat. Cum autem mater eius prosum et fratres eius desideraret videre sed non posset obseruare. et dicit. et illis ad ecclesias euntibus. primum se eisdem obrulit. At illi fugientes et cellam intrantes: in facie eius clauserunt hostium. Illa autem ante hostium stans cum nimio fletu clamabat. Pastor autem ad hostium veniens dixit ei. Quid sic clamans o uetula: que audies uocem eius: amplius clamabat faciens et dicens. Uolo uos uidere filij mei. Quid enim si uideam uos?

De sancto

Pastore

Nunquid non ego sum mater vestra que lactavi vos. et iam canis rota sua plena. Cui filii? hic nos vis videre. aut in alio seculo. Que respondit. Si non video vos hic: videbo vos illic filii. Qui ait. Si equanimiter ferre valeas ut nos hic non videas: illic proculdubio nos videbis. **Q**ue discessit gaudens et dicens. Si vos visura sum illic: nolo vos videre hic.

Judex provincie cum abbate pastorem videre cuperet sed nequireret. filium sororis sue tanquam malefactorum tenuit. et in carcere posuit dicens. Si pastor venerit et pro eo intercesserit: eum dimittam. Mater igitur pueri ad hostium senis plorans. dum ille nil sibi responderet ait. Et si viscera ferre habes. et nulla compassione moueris. saltem miseratio sanguinis tui flectat te. et quod unigenitum michi existit. Ille autem mandauit ei. Pastor filios non generauit. et idcirco non dolet. Qua cum dolore discedere dixit ei iuder. Saltem verbo iubeat. et ego eum dimittam. Ille autem ei remandauit dicens. Examina causam secundum legem et si dignum morte habes. primum mortis. sin autem fac quod tibi placet.

Docebat autem fratres dicens. Custodire et seipsum considerare et discretionem habere operationes sunt anime. Paupertas. tribulatio et discretio sunt operationes solitarie vite. Scriptum est enim. Si fuerint hi tres viri noc. iob et daniel et cetera. Noe personam habet nichil possidentium. iob tribulatio. daniel discretio. Si duas res oderit monachus potest ab hoc mundo liber esse. Et querenti fratri que essent dixit. Carnalis repausatio et vana gloria. Si vis requiem inuenire in hoc seculo et in futuro in omni causa dic. Quis ego sum. et non iudices quenquam.

Cum quidam frater de congregatione offenderet. abbas de consilio cuiusdam solitarii eum expulit. Qui cum quasi flendo desperaret. abbas pastor eum ad se adduci fecit. Quae benigne consolans misit ad illum solitarii dicens. Audiens de te videre te desidero. fatiga igitur te usque ad me. Qui cum venisset dixit pastor. Duo homines erant qui ambo habebant mortuos suos. Reliquit autem unum mortuum suum. et abiit plorare mortuum alteri. Quod solitarius audiens et intelligens in sermone eius compunctus est.

Cum quidam frater pastorem dixisset se perturbatum esse. et locum velle deserere. eo quod quedam verba de quodam fratre audiuisset que eum non edificauerant dixit pastor. ne hec verba crederet: quia vera non essent. Ille vero vera esse assererat: quia frater fidelis sibi reculit. Cui pastor. Non est fidelis qui tibi dixit. quia si fidelis esset nequaquam tibi talia diceret. Et ille. Ego vidi oculis meis. Ille autem interrogatus de festuca et trabe quod essent. respondit de festuca

quod festuca esset et de trabe quod trabs esset. Et pastor. Pone in corde tuo quod peccata tua sunt. sicut et trabs. illi autem velut hec pua festuca.

Sed quidam quod peccatum grande fecerat. volens penitere triennio interrogauit abbatem pastorem si multum esset. Qui dixit. Multum est. Et quesitum si annus iuberet ait. Multum est. Abbatem autem dicebant. Usque ad .xl. dies. Et ille. multum est. Et adiecit. Puto quod si ex toto corde homo penituerit. et peccatum non iterauerit: etiam penitentiam triduanam suscipiet dominus.

Interrogatus de illo verbo qui irascitur fratri suo sine causa et cetera. ait. Et omni re qua te grauare voluerit frater tuus: ne irascaris aduersus eum donec oculum dextrum tibi extrahat. et si aliter feceris. sine causa sibi irascaris. Si autem aliquis te voluerit separare a deo. pro hoc irascere ei.

Dixit iterum pastor. Qui querulosus est: monachus non est. Qui malitiam in corde suo tenuerit: monachus non est. Qui iracundus est: monachus non est. Qui malum pro malo reddidit. monachus non est. Qui elatus et verbosus est: monachus non est. Qui vero vere est monachus: spiritus est humilis. mansuetus. charitate plenus. et timor est dei semper et vbiq; pro oculis hominum ut non peccet.

Dixit iterum quod si sunt tres in unum: ex quibus unus bene quiescat. alius autem infirmetur et gratias agat. tertius vero minister eius sit ex sincera voluntate. hi tres filii sunt velut sint unius operis.

Cum quidam frater sibi quereretur quod multas cogitationes hominum in ipsis piclaretur. eus sub acre nudo eiecit dicens. Expande sinum et apprehende ventum. Qui ait. Non possum. Et ille. Nec cogitationes prohibere potes ne introeant: sed tuum est resistere eis.

Interrogatus a quodam fratre quid de hereditate sibi dimissa faceret. dixit ut post tres dies ad se rediret. Qui cum redisset. ait illi. Si dixero da eam clericis: faciet inde primum. si dixeris da eam pauperibus. non est tibi merces. si dicam da eam pauperibus securus eris. Quicquid ergo vis fac. ego causam non habeo. Nec in vita patrum.

De sancto Johanne abbate clxxii

Johannes abbas cum episcopus per annos .xl. in heremo habitasset. interrogauit eum quantum ex hoc profecisset. Et ille dixit. Ex quo cepi solitarii esse: nunquam vidit me sol manducantem. Et iohannes. Nec me irascentem. Simile fere legitur ibidem quod cum epiphanius episcopus abbatem bilarioni daret carnes. Ille ait. Ignosce michi: quia ex quo accepi habitum hunc non dimisi aliquem dormire qui aduersus me aliquid haberet. neque dormiui homines alii

